humilem quem saluum faciet:
nam oculos superborum humilia
bit. Vis nosse populum eius? Ti
bi derelictus est pauper: ait ho
mo secundum cor dei. Sed et ipse in
euangelio. Ve vobis inquit
diuites: quia habetis consolacio
nem vestram. Utinam nos dilectissi
mi in eo populo inueniri sem
per optemus. non cui dicat ve:
sed quem consolatur dominus deus suus.
Quid enim. non consolet eos qui suam
habent consolacionem? Non conso
latur ex infancia garrulos.
non consolantur lacrime cachin
nantes? non consolantur pan
ni eius ambulantes in sto
lis: non consolantur presepe et stabu
lum amantes primas cathedras
in synagogis. Sed equanimi
ter forte vniuerse hee consolacio
nes expectantibus in silen
cio dominum. lugentibus. pan
nosis. pauperibus. cedere
videbuntur. Verum audiant quod
et ipsi quoque angeli non alios
consolantur. Vigilantibus enim
pastoribus. et custodientibus
vigilias noctis. euangeliza
tur gaudium noue lucis: et eis
natus dicitur esse saluator.
Pauperibus atque laborantibus
non vobis diuites qui habe
tis consolacionem vestram et ve dim-(?)
mi in ter ipsas(?) vigilias noctis:
dies sanctificatus illuxit. et nox
sicut dies illuminata est. ymo
in diem mutata est: dicente an
gelo quia natus est vobis hodie
saluator? vtique non hac noc
te. Siquidem nox precessit. dies
autem appropinquabit: verum
vtique dies ex die salutare dei
Ihesus christus dominus noster: qui est super
omnia benedictus in secula Amen.

Sermo Stephani Jo. Inno.

Benedictus qui venit in
nomine domini. deus dominus
et illuxit nobis. Benedictum no
men glorie eius: quod est sanctum. Neque
enim ociose venit quod ex maria
natum est sanctum: sed copiose diffu
dit et nomen et graciam sanctitatis.
Hinc inde stephanus sanctus: in
de sanctus Johannes: inde et sancti in
nocentes. Nichil proinde dispo
cione t'pler ista solempnitas
natale domini comitatur: vt non
modo inter contiguas solempni
tates deuocio continua perseueret:
sed et fructus dominice natiuita
tis exinde nobis velud ex quadam
prosecucione euidencius
innotescat. Siquidem aduertere
est in hiis tribus solempnita
tibus: triplicem quandam speciem sanc

tria

tatus: non facile puto preter ista tria genera quartum aliquid posse arbitror in hominibus reperiri. Habemus in beato Stephano martyrii simul et opus et voluntatem. Habemus solam voluntatem in beato Johanne. Solum in beatis innocentibus opus. Biberunt omnes hi calicem aut corpore simul et spiritu, aut solo spiritu, aut corpore solo. Calicem quidem meum bibetis aiebat dominus iacobo et iohanni. Non dubium quin de passionis calice loqueretur. Denique cum petro diceret: sequere me: evidenter eum ad imitacionem sue provocans passionis: discipulus ille quem diligebat ihesus sequebatur non tam gressu corporis quam prompte devocionis affectu. Et bibit ergo Johannes calicem salutaris et secutus est dominum sicut petrus: et sed non omnino sicut petrus. Quod ergo sic mansit ut non et passione corporea dominum sequeretur: domini fuit consilium sicut ipse ait: sic eum volo manere donec veniam. Ac si diceret. Volui et ipse sequeretur me: sed eum sic volo manere. At vero de innocentium coronis quis dubitet? Ille pro christo trucidatos infantes dubitet inter martyres coronari: qui regeneratos in christo non credit inter adoptionis filios numerari. Alioquin quomodo teneros et pueros puer ille qui nobis natus est non contra nos propter se pateretur occidi, cum solo nutu poterat prohibere, nisi melius eis aliquid provideret? Ut quemadmodum veteris in infantibus tunc quidem circumcisio, nunc vero baptismus sine ullo proprio voluntatis usu sufficit ad salutem: sic et in istis susceptum pro eo martyrium illis sufficeret ad sanctitatem. Si queris eorum apud deum merita ut coronarentur: quere et apud herodem crimina ut trucidarentur. An forte minor pietas christi quam herodis impietas: ut ille quidem potuerit innoxios necare, christus non potuerit propter se occisos coronare? Sit ergo stephanus martyr apud homines: cuius voluntaria passio evidenter apparuit, maxime in eo quod in ipso mortis articulo plus persecutoribus quam pro se sollicitudinem gereret, ut vinceret et in eo sensum corporee pas-

Christi pietas maior in christo quam impietas in herode.